F. ALEXANDRI DE BURGOS MESSANENSIS THEOLOGI ORD. MIN. CONV. ... DE...

Alessandro Burgos

F. ALEXANDRI DE BURGOS
MESSANENSIS THEOLOGI
Ord. Min. Conv. & hist. eccl. publ. Profess.

DE ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ IN THEOLOGIA AUCTORITATE, ATQUE USU

PRÆFATIO

AMPLISSIMO VIRO
ANNIBALI ALBANO
CLEMENTIS XI. P. O. M.
Fratris Filio
DICATA.

PERUSIÆ literis Constantini M. DCC. II.

DE SUPERIORUM LICENTIA.

Alexandri Burgos Messanensis Viri undequaque doctissimi prolusionem de ecclesiastica historia in theologia auctoritate, atque usu, quam augusto in hoc Lyceo, plaudente, vel invidia profitetur, una cum Epistola nuncupatoria eruditissimi Viri Dominici Lazarini de Muro Patritii Macratensis in Rotalibus hisce subsellis Iudicis, iubente Illustriss. ac Reverendissimo Antonio Felice Marsilio Patritio Bononiensi Antistite nostro, accuratè perlegi: cumque utraque tum latini sermonis candore, ac venustate, cum doctrinæ minime vulgari censuram omnem eludant, quæ typis tradantur dignissima sunt. Quod seriò testor. Perusiæ xxiii. Decembris M. DCC. II.

Io. Angelus Canonicus Guidarellus.

Imprimatur
Fr. Hieronymus Peronius Vicarius Generalis
S. Officii Perusiæ Ord. Prædic.

AMPLISSIMO VIRO
ANNIBALI ALBANO
CLEMENTIS XI. P. O. M.
F. F.

Dominicus Lazarinus de Monte S. P. D.

Vm P. Alexander Burgos de ſacra hiſtoria in theologia auctoritate, atque uſu in Peruſina ſibylla præfationem habuerit: eumque ea omnibus admodum placuerit: Committit vero Nicolao ex Nobilibus de Monte Mel-

lino, Patritio Perusino, summi; si quisquam alius, in bonis artibus judicii, animique erga doctissimos quosque singularis, præcipue satisfecerit; eandem tibi sub meum in hanc Vrbem reditum cum laudauit valde vehementer, tum voluit, ut illius legendæ copiam ab Auctore ipso peteremus. Vbi vero illam semel atque iterum legimus, cum eloquentiam, dignam illam omnino homine theologo, & qui putet theologiam minime rudem infantemque esse debere; tum vero maxime doctrinam eruditionemque præclaram nimium quantum probavimus. Quamobrem illud deinde facere decrevimus, ut quamprimum ea in lucem proferretur; tibi vero, Vir amplissime doctissimeque, nuncuparetur: nostrum utriusque nomine quidem certe, quanquam ab altero minime tibi datæ sint hac de re litteræ. Quod quidem pro sua ille dicendi vi eloquentius multo certe fecisset, atque ego facio; verum illud est ratus, ea quæ Patriæ laudes attingunt, potius ab extero homine, ut ego plane sum, quam a cive referri oportere: tum illud, ut ego sentio, cavit, ne cum a se scripsit litteras ederet, non suæ duntaxat patriæ, sed suæ item laudi con-

su-

ſuluiſſe videretur. Equidem non ſine hujus Vrbis laude atque felicitate factum eſt, ut hec altera nuper aperiretur ſchola; in qua de ordinibus temporum, & rebus in Eccleſia alim geſtis adeo erudite inſtitueretur diſputatio. Qua videlicet fiet, ut hec Vrbs veterem ſtudiorum gloriam non modo retineat, ſed etiam admodum augeat. Id autem cum magnam partem CLEMENTI XI. P. O. M., qui nimirum ſuo illo erga bonas artes optimo, divinoque animo cultum ingeniorum, ingeniaq; ipſa excitet, acceptum referendum eſſe intelligeremus; illud etiam intelleximus, tibi, qui omnium proxime cum Pontifice habeas & neceſſitudinem familie, & ſimilitudinem virtutis, eſſe dicandam. Neque enim ad ipſum eundem Principem adire modo fas eſſet; illiuſque mentem perdifficili hoc & perincommodo chriſtiane republice tempore a ſuſcepta illa de communi omnium ſalute cogitatione diſtrahere. Speramus autem fore, ut pro tua animi moderatione, cujus divinum quoddam exemplum in Patruo habes, hoc qualecunque id eſt, obſervantia erga te noſtre ſignum eq ui bonique facias: & certe facies. Nam eo gradus tam late in omneis terras patentem ditionem

Patruo tuo fuiſſe delatum, non modo quod ſapientes, ut ait Pindarus, ἄνευ μόχθου ὑψοῦσι τὸ τὰν ἀόκητον δύναμιν, ſed etiam quod ſtudium ad bonas artes fovendas tuum tranſfore felicius poſſet. Cujus quidem rei quamplurima indicia dediſſe te, una omnium voce prædicatur. Atque eſt hoc ipſum, tam laudabile, tam eximium, tam amplum, ut in hoc uno omnes tuas laudes mihi videar perſtrinxiſſe. Vale.

Perufiæ Idib. Decemb. M.DCCII.

DE ECCLESIASTICÆ HISTORIAE

In Theologia auctoritate atque uſu

Præfatio

F. Alexandri de Burgos

Meſſanenſis Theologi ordis Minor. Conuv.

QUæ dicturus potiſſimum eos in tradendis artibus facere ſolent, ut ad ſeueriorum litterarum ſtudia ſeſe accingant. Ad diſcentium animos alacriores excitandos, dignitas earundem artium, atque uſus cum quadam voluptate conjunctus; utraque ita firmiter, aut ego fallor, cum eccleſiaſticæ hiſtoriæ diſſertationibus connexa ſunt, ut neutram, niſi theologia ipſa deficiat, mihi, cui ejuſdem explicandæ hiſtoriæ prouincia eſt demandata, defuturam certe metuam.

Si enim dignitatis ratio, quæ ab auctoritate proficiscitur, habenda eſt, nihil eſt profecto ſacra Hiſtoria præſtantius, quæ ſi abeſſet, divinarum rerum tractatio uſquam nulla eſſet: Si vero uſus atq; adjumenta ſpectentur, quid e re ſua magis eſſe Theologus intelligat, atque notitiam rerum in Eccleſia geſtarum, ex qua una omnia pene ſibi argumenta ducantur. Si animi tandem oblectatio quæritur, nulla unquam nec liquidior, nec uberior voluptas eſt, quæ ſit cum jucunditate eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ullo modo comparanda? Hæc autem nihil quicquam dubito, quin vobis perſpectiſſima ſint; mihique ideo ſupervacaneum hac de re apud doctos Viros diſſerendi: verum quantoquidem imprudens quædam, ne dicam perverſa atque abſurda in hisce ſtudiis opinio aliquorum mentibus comprehenſa eſt, qui nimirum ita exiſtimare videntur, totum hoc exponendæ in communibus ſuggeſtis eccleſiaſticæ hiſtoriæ munus otioſum eſſe, & redundans, tum ad Scholæ pompam, non vero ad neceſſitatem accommodatum; concedite igitur, quæſo Auditores, ut hanc illis opinionem prorſus evellam, ne in maximis iidem verſentur erroribus, & me ſurpiter rideantur. Quod cum

fieri

ſieri nequeat, niſi eccleſiaſticæ hiſtoriæ tum auctoritas, tum uſus & delectatio referatur, eo nervos orationis intendam omneis, ut ea ita tractem, ut & vobis jucunda, & illis utilia futura ſint. Erit, inquam, totius orationis meæ inſtitutum, illis ſiquidem expoſitis, quæ modo dixi, perſpectiſſimum reddere, maximeque confirmatum, infirmos omnino illos eſſe Theologos, &, ut ita dicam, dimidiatos ac truncos, quibus tum veteris, tum novi teſtamenti, tum reliquæ eccleſiaſticæ hiſtoriæ cognitio, non levis illa quidem & perfunctoria, ſed exacta non ſuppetit.

Primum autem illud animadvertendum eſſe cenſeo, eum qui theologiam ita Scholarum repagulis occluſam velit, ut umbraticas tantum pugnas committat; atque inutili vaniſſimoq; ſtrepitu pro ingenii libidine domeſticas turbas excitet contentioneſque; eundem veræ Theologiæ fineis nunquam aggreſſurum. Non enim ab hujus divinæ facultatis ſtudioſis præclare ponitur induſtria, ut vel ea ſyllogiſmis contortis in ludicrum certamen deſcendat; vel ſummas quæſtiones frivolis argumentis abſolvat; gravidimaſque res invalidis ratiunculis enervet potius, quam confirmet.

firmet. Eſt equidem, & alius latior campus, & uberior, in quo theologus cum fidei Hoſtibus honeſta magis, & valida certatione decernat: atque, ut Apoſtoli verbis utar, Oſtium ei apertum eſt magnum, & Adverſarii multi, in quos infeſtis ſignis ſeſe inferat, & de triumphatis erroribus tandem aliquando palmam reportet. Duæ vero ſunt, ut optime Auguſtinus advertit, eæque præcipuæ theologis impoſitæ partes; altera, qua bona docere; altera qua mala dedocere ſciant. Fidelium quippe intereſt, doctorem noſcere, quemadmodum fides catholica & pius opituletur, & adverſus impios defendatur. Hæc equidem ſunt duo veluti theologiæ brachia & ſanam doctrinam docere, & illam reſpuentes arguere. Quæ cum ita ſint, in primis neceſſariam theologis ſacræ hiſtoriæ notitiam eſſe fateamur, oportet. Nam ſi hæreticorum conatus eludere velit theologus, nuſquam firmiora inveniet habebitq; propugnacula, ac in ſacris Eccleſiæ monimentis, unde veluti e quibuſdam venerandæ antiquitatis ſpeculis ad præſtringendos novatorum oculos fidei & eccleſiaſticæ diſciplinæ conſtitutio clarior prodire videatur. Equidem cum teſtimonia rei

confir-

confirmandæ cauſa ſumantur ; theologia vero magnam partem ſacræ hiſtoriæ teſtimonio nitatur; nemo quiſquam qui theologus ſit , aut haberi velit , aliunde atque a ſacra hiſtoria adverſus hæreticos argumenta ſibi duxerit; tum certiſſimum eiſdem eſſe non ſuaſerit modo , ſed perſuaſerit & quibus firmata legibus chriſtiana vigeat Reſpublica ; & quæ in Eccleſia Dei de ſacris myſteriis ab initio traditiones fuerint ; quæ Miniſtrorum ordinationes ; quæ diſpenſatio rei eccleſiaſticæ; quæ doctrina fidei ; quæ regula morum , aliaque id genus plurima . Item, ubi fidem catholicam in omneis terras diffuſam apoſtolicis traditionibus, quæ & Conciliorum decretis, & priſcorum Pontificum epiſtolis plurimæ continentur , ubique gentium , atque omni tempore uſam eſſe non interrupta hiſtoriarum ſerie oſtenderimus ; nonne tum ſacræ hiſtoriæ authoritate hæreticorum pervicaciam retundemus ? Retundemus quidem , omneſque omnino Eccleſiæ oſores ac perduelleis divina, humanaque miſcentes omnia expugnabimus. Quod ſi religionis noſtræ veritas , quantacunque ea eſt , ſcripturis ſanctis, traditione, Conciliorum ſtatutis, & Patrum auctoritate firmatur , cum in

hiſto-

hiſtoria ipſa quodammodo firmatur, tum illud apparet atque extat, ab hiſtoria nobis adverſus hæreticos argumenta clariora ſoppetere. Errant illi quidem; tum de verbo Dei ſcripto ſimul & tradito ſecus atque catholici ſentiunt, qui pori ò ad fidem syllogiſmis revocari non p oſſunt, hiſtoria poſtunt. Ego vero eccleſiaſticam hiſtoriam non modo eam appello, quæ ſacris litteris continetur, quæ ſi non eſſet, theologia omnino nulla eſſet, ſed vel eam, quæ tum fidelium, tum gentium ita res geſtas, rationeſque temporum attingat, ut inde nihil non luminis interptetandæ ſcripturæ theologo præferatur. Veteris equidem teſtamenti prophetias ferme omneis quid illuſtrat? Hiſtoria. Quid myſticas apocalypſeos umbras diſcutit? Hiſtoria. Ne plura, illud ad ſummam dicere poſſumus, divinarum rerum tractationem vel hiſtoria doceri, vel declarari. Hinc fortiſſimus ille veritatis aſſertor, Cæſar Cardinalis Baronius non alio ſane conſilio, annales eccleſiaſticos, miri certe laboris opus, confeciſſe dicitur, quam theologiæ gratia, non argumentationibus, ſed veritate ipſa, atque, ut ita dicam, re nimirum aſſerendæ; atque adeo catholicæ theologiæ adverſus pſeudotheologiam

validius opponendæ, eo fere modo, quo olim Moſes, theologiam Hæbreorum theologiæ Ægyptiorum oppoſuit, vanæ illi quidem, & vanam Chaldęorum fabuloſamque antiquitatem præferenti. Hinc una omnium vox eſt eruditorum, facilius etiam hiſtoriæ teſtimoniis, quibus veteres errorum parentes damnatos vident, hæreticos proſterni, quam rationibus aliunde derivatis, & quas illorum pervicacia minime admittat. Quid? quod adverſarios ipſos hujus rei teſtes habemus luculentiſſimos. Narrat Dominus de Flavigni Doctor Sorbonicus, ſe Cauſabonum, virum inter etærodoxos doctis & laboriofis ſcriptionibus clarum, dicentem audiſſe, ut ut falſum dixerit, ſibi Bellarminum legenti, cuncta ambigua videri; Baronium vero inſpicienti chriſtianæ religionis dogmata ita ſibi innoteſcere, ut de illis ſibi eſſet perſuaſum. Scimus autem, Gaſparem Scioppium critice illa ſua notiſſimum e tenebris lutheranæ reformationis, face de Baronii monimentis accenſa, ad fidei lumen admirabile fuiſſe revocatum. Vera equidem illa Hieronymi, & ad propoſitum noſtrum apprime facta ſententia, hæreſes ad originem revocaſſe, refutaſſe eſt. Quod quidem, ut

vide-

videtis, nuſquam ſuum haberet locum; ſi theologus cum hæreticis pugnans hiſtoriæ eccleſiaſticæ præſidio fuerit deſtitutus. Juvat enim maxime theologum & hæreſeon cauſas introſpicere, & hæreticorum indolem cognoſcere. Iuvat noſſe, quo tempore, quibus ducibus, quibus armis profligata hæreſum monſtra inſultare Eccleſiæ deſierint. Juvat, inquam, antiquas, novaſque hæreſes conferre inter ſe, indeque dignoſcere, quibus machiois, collatis ſignis in arcem veritatis mendacii duces impetum antea fecerint, & modo faciant. Præterea is in intelligendis ſanctorum P.P. ſcriptis hæreat, oportet, qui in rebus in eccleſia geſtis, & ordinibus temporum hæreat. Nunquam enim apud Auguſtinum, Athanaſium, Optatum Milevitanum, alioſque argumentorum ſeriem filumq; percepert, qui Arianorum, Pelagianorum, Donatiſtarum hiſtorias non evolverit. Mutuam omnino ſibi lucem commodant & ſcripta P.P., & hiſtorcorum monimenta. Næ vero theologi hiſtoriarum rudes atq; inopes intelligent, quinam certi germaniquæ authores ſint, unde ipſi argumenta ſibi derivent, quin etiam inſigniter decipientur. Pleriſq; autem dolumus a ſubditiis P.P. lucubrationibus, & apo-

cry-

cryphis conciliorum decretis fucum fuiſſe factum; eoſdemque merito ab aduerſariis fuiſſe ſæpius irriſos. Quid igitur fecerint theologi rerum eccleſiaſticarum ignari, qui in dialecticis & philoſophicis ætatem vixere, nec aliud quicquam præſidii ad intimam ſacrorum dog natum notitiam habent, quam argutos, certoſque & captioſos, ſi Dis placet, ſoritas, & verborum globulos. Ut illi ſimiles quidem ſunt cancros comedentibus, qui plenioris cibi jejuni, corrodendiſque oſſibus occupati, inani improboque labore nihil omnino, certe parum boni ſucci, ſolidique alimenti ad uſum capeſſunt! Quid, inquam, fecerint, ubi aduerſarius pro ſe ſcripturarum, & veterum auctoritatem falſo ſibi ſumſerit? An illud quidem fecerint, quod imparati milites, armis, & commeatu deſtituti? Quid, inquam iterum, agent? aut quas copias in ſubſidium veritatis immittent, ubi hoſtes antiquitatem rerum in Eccleſia geſtarum, Chriſti, & Apoſtolorum traditiones, hiſtoriam denique pro ſe ſtare affirmaverint? Diſtinctiunculas fortaſſe e media dialectica petitas intorſerint?

O telum imbelle ſine ictu
Conjectum, rauco quod protinus ære repulſum eſt.

Pau-

Paucis ab hinc annis in celeberrima Italiæ Urbe urgente theologo hiſtoriæ eccleſiaſticæ non ignaro contra uſum confeſſionis auricularis auctoritatem D. Chriſoſtomi ex quadam ejuſdem homilia a Dalleo homine hæretico deſumtam, reſpondentem Virum alioquin non hebetis ingenii magno conatu nihil effeciſſe dolui, cum potuiſſet uno verbo hæretici argumentationem diſuere, ſi homiliæ titulum obſervaſſet. Inſcribitur enim ad initiandos, ſeu catheceumenos, quibus certe interno duntaxat dolore criminum anteactæ vitæ relaxatio a ſolo Deo quæri poteſt. Riſu ibidem exceptus fuit ab hæreticis, me preſente, theologus alter non contemnendus, qui graviſſimi ſcriptoris authoritate deceptus, cui mendoſus fortaſſe codex fraudi fuit, inter Authores Monothelitarum hæreſeos typum, Conſtantis nimirum Imperatoris edictum recenſuit, atque ex eodem typo hominem, eumque hæreticum, Pauliquc Epiſcopi Conſtantinopolitani diſcipulum fecit, minori fortaſſe peccato, quod in corruptum exemplum incideric: peccavit tamen, quia emendare debuerat: at qui potuiſſet hiſtoriarum cognitione deſtitutus? Verum hæc fortaſſe leviora ſunt.

Pejo-

Pejores equidem ſcopulos theologi hiſtoriarum ignari ſæpiſſime offendunt. Conſulat autem pro ſuo quiſque animarum Melchioris Cani, Viri e dominicana familia doctiſſimi librum xii. de locis theologicis, ubi plurimos ille quidem errores enumerat, quibus pro hiſtoriæ ignoratione plerique ducuntur; tunc optime ſenſerit, quod eſt ab illo ſummo doctoque Viro ſemel atque iterum dictum, nullos omnino theologos illos eſſe, in quorum ſumbrationibus hiſtoria muta eſt. Quæ cum ita vera ſint, ducere ut contra nemo poſſe videatur, illud mihi aſſentiamini, Auditores, unam hiſtoriam eccleſiaſticam eſſe, quæ convellendis novis opinionibus idonea judicetur. Nunc ad alterum venio theologi munus, quo fidelium mores ad unam Chriſti legem, non ad Academiæ incertam regulam deducantur. Quod plane munus, niſi antiquitatis cognitione perficitur, obeſſe plerumque poteſt, prodeſſe nunquam. Unam ea, quæ modo dico, non eſſent experimento explorata. Unam argumentis confirmanda potius eſſent, quam audienda atque lugenda. Largiter enim conſtat, peccaſſe quoſdam theologos, qui in tradenda morum doctrina, noviſque ad Deum orandi,

accedendique regulis proferendis veterem inſtituta neglexerunt. In quo & ipſi primum imprudenter falſi ſunt, & alios poſtea dolo malo fefellerunt. At in his magiſtra morum & fidei romana Sedes cum medicas manus adhibuit olim, tum deinceps adhibebit. Quare illud modo mihi erit aſſerendum, theologum, ſive in pœnitentiæ foro judex ſedeat; ſive pro roſtris fideles in doctrina ſua hortari, atque inſtituere cogitet; Eccleſiæ geſta, canones, inſtituta, conſuetudines, totam denique ſacram hiſtoriam relegendam ſibi ſuſcipere debere. Si ſecus fecerit, vereor, ne quid falſi e cathedra veritatis pronuntiet. Tamen ubi theologi noſtri evolvendis annalibus diligentiam requiro, illud etiam prudentiamque requiro. Permulta equidem ſunt, quæ fideles, pii illi quidem, ſed nimium creduli, ac ſi certa eſſent, litteris commiſere: quæ tantum abeſt, ut theologum juvent, ut illi potius obſint. Nam cum temere pro veris falſa creduntur, eadem veris etiam apud prophanos, hæreticoſque fidem abrogant. Plurima id generis errata in laudato ſuperius libro refert idem Melchior Canus, ibidemque conqueritur, ſeverius multo a Laertio vitas Philoſo-

ſophorum eſſe conſcriptas, quam Sanctorum a chriſtianis; monetque theologum noſtrum, ne id ſtatim illi perſuaſum ſit, omnia, quæ magni auctores ſcripſerint, undique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ſuorum ingeniorum voluptati, vulgoque interdum etiam indulgent. Verum hæc alias certe uberius diſſeremus. Modo illud extet, hiſtoriæ eccleſiaſticæ utilitatem late patere, theologoque omnino eſſe neceſſariam, ſive ille fideles conciombus inſtruat; ſive adverſus hæreticos diſputet; ſive arcana ſacrarum litterarum interpretationibus reſerare velit. In his enim omnibus, velit nolit, hiſtoriæ illi locus occurret, quem niſi ſuperet, caveat ne turpiter (hæc autem eſt Canarienſis Epiſcopi conſecutio) in rebus ad ſe maxime pertinentibus erret, eaque ignoret, quæ ignorari non ſine imprudentia modo, ſed nec ſine imperitia quidem poſſunt.

At præclare, fortaſſe aliqui poſt ſcenam latentes dixerint, præclare ſatis ea, quæ adhuc ita dicta ſunt. Hiſtoriam eccleſiaſticam theologo perutilem eſſe inficiabitur nemo: tamen ad eam docendam operam non admodum re-

quirimus, qui librorum ope hiſtoriarum notitiam inter domeſticos parietes parare nobis ipſi poſſumus leviori certe labore, & minori temporis jactura. Sed quam imprudens ſit horum judicium, quamque perverſum jam videris, Auditores. Primo ſiquidem, ſi quid ratiocinatione ſua iſti colligerent, non hiſtoriæ modo eccleſiaſticæ, ſed omnes omnium artium ſcholas, Academiaſque ſubruerent. Nam quæ unquam eſt hodie tam difficilis, latenſque facultas, cujus non ſexcenta pene volumina litteris mandata non extent? Valeant igitur iſtorum ſententia, qui Philoſophiæ, Medicinæ, Matheſeos, Juris facultates, & reliquas denique ſcientias publice profitentur. Præterea, ut omnibus librorum copia ſuppetat, certe tamen de ſcriptorum indole, dignitate a ſe ipſi nunc bene judicaverint, neque bonos libros a malis ſecernere unquam norint. Quamobrem indigent itineris duce, indigent monitore, ut eum ad falſa aberraverim, ad vera revocari opportune poſſint. Quod ſi ulla ad reliquarum artium deſiderat, multo quidem magis ad ſibi vult eccleſiaſticarum rerum hiſtoria, magnis obſtructa difficultatibus, magnoſque tenebris involuta.

luta. Sed linquamus abditos iſtos librorum amatores, ſi modo amant, abhorrentesque a Gymnaſiis experimento primum, Romana denceps Piſanaque de eccleſiaſtica hiſtoria ſcholarum, authoritate, ut reliquas Italiæ omittam, reſcilendos. Novere quidem doctiſſimi quique vel extra Italiam, quo fructu atque plauſu receptus ſit uſus hujusmodi ſtrama publice relegendi.

Sed eſt aliud etiam adverſariorum genus, quorum animos ab hiſce ſtudiis ſæpe divellit intempeſtive quidem injectus ſcrupulus, ne in tractandis Eccleſiæ geſtis novitatis amor ſubrepat: ne veterum authoritas, præſertim eorundem erratis, aliquando minuatur: ne quod diuturna perſuaſione fuerat in eccleſia firmatum, convellatur. Abſit tamen a vobis, boni Viri, abſit quidem iſthæc importuna dubitatio; atque etiam iſtum ſcrupulum, qui vos male habet, evellite. Hujuſmodi periculi ne veſtigium ullum eſt, ubi ut in cæteris bonarum artium ſtudiis, item hic prudentia adeſt, abeſt intemperantia. Hominis enim eſt judicio intemperanter abutentis, in examinandis veterum tum geſtis, tum ſcriptis non ſervare modum: doctiſſimos quoſque, qui antecellerint, ſcriptores debita venera-

tione fraudare: temere tandem contemnere inſtituta illa ſanctiſſima

religione Patrum multos ſervata per annos.

Proinde, ſi quid in his ab aliquibus aliquando peccatum, non erit propter errorem artificis ars ipſa traducenda. Cætera apud cordatos rerum eccleſiaſticarum veſtigatores hæ rogatæ, ratæque leges ſunt. Ut communem ſemper opinionem ſequantur, & inveteratam, modo non ea repugnet hiſtoricæ veritati, contra quam nulla quamvis vetus conſuetudo unquam valet. Veritas enim, præcipue vero quæ a ſacra hiſtoria ſumitur, ætate hominum & ſeculis minime conſenescit. Ut item ad eam ſententiam, quæ omnino cum Eccleſiæ inſtitutis placitiſque concordet, animus ſemper adhæreat. Ut in iis, de quibus liberum eſt opinari, ea ſeligantur, quæ magis chriſtianam pietatem redoleant. Ut ſuus tandem honos referatur ſcriptoribus ante nos de eccleſiaſtica hiſtoria optime meritis. Robuſtos illos eſſe Gigantes conſtat, quorum humeris impoſiti recentiores altius quidem, quam veteres pertingunt aliquando, ſed veterum beneficio tamen. Pluriima videre nobis licuit, primis ſcriptoribus inobſervata, præſertim modo in-

tanta

tanta hac litterarum, tantaque acceſſione monimentorum, quæ e tenebris tineiſque vendicata neotericorum induſtria in bono lumine collocavit; verum illi nobis facem prætulerunt, quibuscum ego diſſentire poſſe puto; id tamen ita modeſte a nobis fieri debere, ut majorem laudem diſſentiendo, quam aſſentiendo aſſequamur. nihil enim non laudis habet & ab errore diſſenſio, & in diſſentiendo reverentia. Sed nec diſſentire iſtud vere dici poteſt; nam ipſimet ſcriptores, ſi viverent, nobiſcum una ſentirent, præjudiciaque ſua agnita veritate retractarent. Quapropter jure merito indignantur eruditi, ubi ſcioli, quod ſæpe quidem accidit, ut ſunt audaculi, ita iccirco monimenta veterum illotis manibus evolvunt, ut ſode peccata deprehendant. Quod perinde idem eſt, ac ſi quis eo conſilio ſpatia facere velit, ut ſcrupos offendat, moleſteque ferat plana, nec impedita via incedere. Id autem non eo dictum volo, ut criticorum ſtudia admodum hiſce ſtudiis neceſſaria negligantur (unus nempe præ oculis eſſe ſemper debet amor veritatis) ſed ut abeſſet illa libido contradicendi, propterea dixi. Dicant, per me liceat, quid ſentiunt, ſed diſcendi cauſa ma-

gis, quam aut unum aut alterum authorem reprehendendi. Proferant quidem ea, quæ perſpicue deprehendunt errata, ita tamen, ut ſuis & modeſtiæ, & chriſtianæ caritati locus relinquatur. Differentiam, ajebat Tullius, inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperandæ, maledicta, contumeliæ, tum iracundæ contentiones, concertationeſque in diſputando pertinaces indignæ viris doctis videri ſolent. Verum enim invenire volumus, non autem unquam inimicum alium convincere. His igitur legibus omni omnino, qui fuerat metus ſcrupulus, evellitur; ſatiſque expeditum eſſe puto, quanquam brevius quam inſtituta cauſa poſtulabat & plurimum eſſe hiſtoriæ in theologiæ ſtudio authoritatem atque uſum; & ab hiſtoria theologum abhorrere nulla ratione nec poſſe, nec debere quidem; niſi forte labor illum deterreat, & difficultas. At mirum quam hunc laborem animi oblectatio conſequatur; mirum quantum eccleſiaſtica hiſtoria gentilium hiſtoriis jucunditate præſtet. Præter enim communem, qui ex reliquis etiam hiſtoriis proveniunt, fructus vel illum ea præcipuum habet, ut animos noſtros amore rerum divinarum inflammet. Dei largitatem in nos benefi-

cia

ria ita recenſeat, ut meminiſſe ſepius velimus hominum pietatem, & ſanctitatem morum colentium vitas depingat atque ob oculos noſtros omnium rerum a Patribus noſtris olim in eccleſia geſtarum egregia exempla proponat: &, o Deus bone, quam liquida voluptate perfundor, ubi meo obverſantur animo & glorioſa eccleſiæ naſcentis exordia; & mirum in modum ab Apoſtolis ad efferatas uſque nationes tradoctæ religio, ſanctiſſimis moribus alita, prodigiis confirmata! ut præ gaudio lacrymas tenere minime poſſim, ubi occurro in conventus illos, in quibus & ſine inflatione animi doctrina erat, & erat ſine odio diſputatio: adeo in primorum Patrum cordibus ſervatoris noſtri ſpiritus & caritas ſuperabundabat. Ut me quidem lætitia efferunt prælia illa doctorum pro eccleſia matre fortiter dimicantium! Quantam mihi denique alacritatem parit illorum memoria, qui glorioſa chriſtianæ perſuaſionis, & cultus confeſſione ſempiternam ſibi coronam quæſivere. O gaudium certe, quo nullum eſt aliud, quod tranquillius atque placidius, tum etiam magis honeſte animum movet. Etenim ſi jactabunda mani lætitia, inanis & ipſa hominum glo-

riatio exultat, ſtatim ac in mentem illis venit avorum vel fama virtutis, vel opibus & potentia illoſtrium, quantum gaudii de Fratrum Parentumque ſuorum ſanctiſſimis caſtiſſimiſque trophæis homini chriſtiano concipiendum erit? Filii equidem ſanctorum ſumus, & Populus Regum. Majores noſtri ſuot, qui cum Chriſto regnant modo, eternumque regnabunt. Quam jucunda itaque illorum recordatio eſſe debet; quam item noſtra eſt illorum gloria! ea vero quam parum honeſte non modo a theologo, ſed a chriſtiano ipſo ignoratur. Sed & altera jucunditas ex hiſtoriæ ſacræ ſtudio, quæ quantacunque ea eſt, in præclaris ſanctorum factis referendis inſudat, capi poteſt. Fingite, quæſo vos, Auditores, urgere nos fidei boſtcis; tentationis tempus inſtare; perſecutionis ingruere tempeſtatem. Quo quidem theologus in fide confirmabit ejectos animos populi, qua dicendi vi, qua dialectice, quibus ſyllogiſmis? Unius, unius, inquam, hiſtoriæ eccleſiaſticæ ope faciet, quod nunquam alias non vane faceret. Siquidem conſtantiſſimorum martyrum, qui gentilitios titulos, natale ſolum, divitias, amicos, vitam pro Jeſu comtemſere, referet hiſtoriam.

riam. In qua quidem animus noſter habet ægritudis ſolamen; infirmitatis auxilium habet. Quid? quod ipſimet ſanctorum hominum lapſus, ſi qui legentibus occurrunt, tantum abeſt ut offenditulo ſint, ut potius greſſus noſtros in via mandatorum domini propoſito humilitatis exemplo confirment. Quæ quidem exempla, niſi theologus promta habeat, & expedita, neſcio quare theologus nuncupari velit. In hiſce eccleſiæ monimentis habet clericorum ordo, unde diſcat antiquis moribus adoleſcere: habet ſacroſanctus epiſcoporum cœtus digna item, quæ ſectetur, a priſcis impreſſa veſtigia caritatis, vigilantiæ, manſuetudinis, conſtantiæ, patientiæ, magnanimitatis, liberalitatis, doctrinæ, ac tandem ut omnia colligam, habet quicunque epiſcopale munus ſuſcipiat, unde Paſtor evadat. Et ſane ex veneranda antiquitatis eccleſiæ ſchola quot quantique viri emerſere Apoſtolorum veſtigiis inhærentes. Dies mihi potius deficeret, quam de hac ampliſſima re dicendi ſeges. Unus ex multis CLEMENS Undecimus Pontifex Optimus Maximus proferatur, qui modo chriſtianæ R. P. clavum tractat. Hunc vere ſummum, optimumque Pontificem, quem

Chri-

gorium, ita modo Clementem ingens quidem moleſtiarum & negotiorum pondus, & componendorum Regum difficultas aggreditur. At aſpicite, quo exemplo a ſacris monimentis doctus ſummam exhibet Clemens, eam ſcilicet, quam olim Gregorius arduis ac deſperatiſſimis rebus, induſtriam, atque non fracti animi conſtantiam. Adeo apud ſanctiſſimum Pontificem ſanctiſſimi item Pontificis exempla valent, ut ſuſpiciant omnes modo in Clemente Gregorium; ſperentque Clementis æque atque Gregorii vitam futuram ſacræ hiſtoriæ grande argumentum. Sed quid me dulciſſima dicendi materia diutius tenet? Hæc equidem uberiori ſtylo, & feliciori eloquentia alii memoraverint, præſertim vero, tum cum

Tandem ausus veniet multos poſt temporis orbes,
Qua tibi Roma ſacris non ultima gloria faſtis
Accedet virtute Viri, qui ſecl priorum.
Innovat & priſcos imitatur

Nobis autem (non enim ultra [illegible] modo liceret) nobis, inquam, ut eccleſiaſticæ hiſtoriæ authoritatem in theologia, atque jucundiſſimum uſum probaremus, hæc dixiſſe ſit ſatis.

F I N I S.

BC 95[illegible]

Digitized by Google